



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 132. Palinodia Matthæi Grabonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

demiæ Doctoribus celebratissimis appro- Sæcul. XV.
A.C. 1418.
batum. Ejus judicium Cardinali de Al-
liaco consonat, quod sex propositionibus,
& totidem argumentis, ac corollariis
corroborat, quorum analysin huc ad-
ducam.

*Propositio I. Sola Religio Christiana
proprie ac vere dicenda est Religio. II.
Hæc non obligat ad observantiam Consilio-
rum. III. Et observari potest perfecte
absque voto obligante ad consilia. IV. Re-
ligio Christiana non requirit ad perfectiorem
sui observationem, quod superaddatur alia
Religio v.g. S. Augustini &c. V. Religio-
nes hujusmodi improprie dicuntur status per-
fectionis. VI. Religio Christiana perfe-
ctius debet observari a Papa, Cardinalibus,
& Prælatis quam a Religiosis. Ex his se-
quentia deducit corollaria. I. Ergo ac-
ceptio Religionis sicut Grabon describit, est
nedum stulta, sed & hæreticalis blasphemia.
II. Papa, Cardinales, & Prælati debent ce-
leriter, & vehementer operam dare, ut ta-
lis doctrina extirpetur, ne serpat in majorem
perniciem. III. Si auctor talis doctrinæ in-
veniatur pertinax, & nolit obedire superio-
ribus suis, debet carceri mancipari.*

§. CXXXII.

Palinodia Matthæi Grabonis.

Hæc censura suo non caruit effectu;
nam caufsa in Concilio Constantien-

Sæcul. XV. si cognita, Matthæus ad solemnum pali-
A.C. 1418. nodiam coram Commissariis cantandam
Gerson. op. compulsus fuit, ejusque retractatio inve-
p. 474. nitur in operibus Gersonii ad calcem
tractatus, quem contra hosce errores
scripsit.

§. CXXXIII.

*Paetum Friderici Austriaci cum
Cæsare.*

*Vander
Hardt to. 4.
p. 1544.*

Adiit Austriæ Dux Fridericus, hortante Martino V. Marsburgum, castrum prope Constantiam situm, in gratiam Imperatoris redditurus: Huic negotio aliquot dierum mora interponebatur; tandem vero in Monasterio Münsterlingano haud multum Constantia diffito die vigesima quinta Aprilis pax utrinque firmata est, his conditionibus: Dux Imperatori fidem suam juramenti religione obstringat, atque eidem mulctæ loco septuaginta milia florenorum exsolvat, hocque pacto statuum suorum possessionem recuperet. Firmato hoc foedere, Elector Brandenburgicus, comitantibus Archiepiscopo Rigenſi, & Comite Oettingano, coram Sigismundo fistit Fridericum, cui Imperator juramenti formulam legendam præbuit, quo peracto data dextera ad concordiam cum illo rediit. Postea Fridericus auctoritate Pontificis a quodam Cardinale